Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



7

de ciuitatib; ꝓcedit ad hym dixit p
filiis diem: Exit qui seminat semare semen
suum / et dum seminat aliud cecidit se
cus viam / et conculcatum est / et volucres
celi comederunt illud: Et aliud ceci
didit super petram / et natum arruit hy quia
non habebat humorem. Et aliud cecidit
inter spinas / et simul exorte spine suffoca
uerunt id. Et aliud cecidit in terram bonam
et ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens
clamabat / Qui habet aures audiendi audi
at / Interrogabant eum discipuli eius quid esset
hec parabola. Cui ipse dixit. Vobis datum est
nosse misterium regni dei. Ceteris autem in pa
rabolis ut videntes non videant et audi
entes non intelligant. Est autem hec parabola
Semen est verbum dei. Qui autem secus viam hi sunt
qui audiunt / deinde venit diabolus / et tollit verbum
de corde eorum / ne credentes salui fiant
Ceteri autem super petram hi sunt qui cum audiunt
cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent / quia ad tempus credunt et in tempore
recedunt. Quod autem in spinas cecidit
hi sunt qui cum audiunt et a sollicitudinibus et diuitiis et voluptatibus uite
euntes suffocantur / et non afferunt fructum
Quod autem cecidit in terram bonam hi sunt qui cum
bono et optimo audiencies verbum retinent et
fructum afferunt in patientia
luc. viij
dmica
in lma

In illo tempore assumsit iesus xii discipulos suos
secum et ait illis. Ecce ascendimus hiero
solimam / et consumabuntur omnia quecumque scripta sunt
per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus
et illudetur / et flagellabitur / et conspuetur et